



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Concilium Romanum Svb Siricio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

permittere. Ita omnes, quos causa inuolerat, ad regem deduci. ^{Anno}
 Prosper item in chronicō. Arcadio & Bautone consulibus,
 Priscillianus in Synodo Burdigalensi se damnandum intelligens,
 ad imperatorem Maximum prouocauit: auditusque Treuiris ab
 Euodio præfeto prætorio, a Maximo gladio addictus est, cum
 Eucrocia Delphidii rhetoris coniuge, & Latroniano, aliisque erroris
 confortibus.

N O T A.

Causa Cō-
ciliī.

* *Concilium.*] Cum Priscillianus Cæsaraugustano Concilio damna-
 tus, Gratiani rescripto restitutus fuisset, Ithacius apud Maximum im-
 peratorem cumdem vicissim citra protestationem de heresi aliisque
 criminibus accusauit, mortisque suppicio dignum denuntiauit. Ma-
 ximus imperator his accusationibus permotus, hanc Burdigalen-
 sem Synodus indici, atque Priscillianum cum Instantio ad eam
 citari & adduci mandauit. Vbi causam dixissent, Instantius epi-
 scopatu indignus pronuntiatus est. Priscillianus se damnandum in-
 telligens, ad principem prouocauit. Cum iudices appellationi ma-
 le detulissent, eamque contra ius & constitutiones ecclesiæ admi-
 ssifissent, Treuiris heresiarcha auditus, bis conuictus, tandem cum
 quibusdam aliis iussu Maximi gladio est occisus. Hæc ex Seuero
 lib. 2. & Prosper. chron. Baron. ann. 385. num. 22. 23. & 24.

Priscillia-
nus her-
esiarcha
bis conui-
ctus, Treu-
ris obtru-
catur.

CONCILIVM ROMANVM
S V B S I R I C I O.Tempus &
causa Con-
ciliī.Numerus e-
piscoporū.Montenses
qui & cur
sic dicti.

* *Concilium Romanum.*] Anno Christi 386. ipso mense Ianua-
 rio, Romæ in basilica S. Petri celebratum est Concilium octoginta
 episcoporum, ad collapsam disciplinam in Africana ecclesia
 restaurandam. In Synodo nihil decretum, quod non apostolicis
 aut Nicænis Canonibus ante constitutum fuerat. Vnde Concilium,
 quod nominatur Carthaginense, cælibatum sacerorum mini-
 strorum, non ex lege Siricij, sed apostolica auctoritate institutum
 sibi vendicat. Quos in Synodi epistola Siricus pontifex Mon-
 tenses appellat, Donatistas fuisse, sciendum est: sic dictos, quod
 in montibus agere & conuenire solerent.

Innouatae constitutiones huius Concilii, in Concilio Teleptensi,
 sub Honorio imperatore in Africa celebrato, recitatæ fuerunt. Vi-
 de Baron. ann. 386. num. 2. & 3.

CON-